

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Iusta vindicta. Emblema CLXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

lentes modò, sed etiam maximo disparatos spatio, quosdã sui amoris & benevolentia igniculos hominũ pectoribus immittere, atq; relinquere solet. Q. Curtius lib. 5. Nomen Alexandri & fama (maximum in bello vtiq; momentum) in fugam cõuertit. Mittem Cicero 3. Verrina: Cũ tui nominis terror in auribus, animisq; armatorum versaretur. Hoc ad vituperationem Verris, cuius odiosum pas-

sim nomen exsecratur: nec minũs quã Romani posterì, quos nausea capiebat, sic ubi audirent vsurpari nomẽ Heliogabali aut Bassiani etiam mortuorum, qui memoriam sui sœdissimam reliquissent posteris. Contrà Vopiscus in Probo: Tetẽdit iter per Thracias, atque omnes Getulicos populos, fama rerum territos, & antiqua nominis potentia pressos. Hęc obiter, & fortasse ad nauseam vsq;

Nomen ipsum inter dum formidabile:

Iusta vindicta.

EMBLEMA CLXXII.



DVM residet Cyclops sinuosi in faucibus antri,
 Hęc secum teneras concinit inter oues:
 Pascite vos herbas, socijs ego pascar Achivis,
 Postremumq; Vt in viscera nostra ferent.
 Audijs hæc Ithacus, Cyclopq; lumine casum
 Reddidit. En pœnas vt suus auctõr habet.

COM.

COMMENTARI I.

L SEDET inter sua pecora in vasto antro Polyphemus, immanis gigas, vñ oculum in fronte habens, clava armatus, cui Vlysses ex insidijs trabe acuminata oculum effodit.

II. Polyphemus, & eius història.

VLYSSES, Troia iam excisa, cum domum repeteret, vi ventorum in Sicilia pulsus, ad Polyphemi sedes appulit. Hic Gigas fuit vñoculus, ingentis magnitudinis, feritate implacibilis, qui hospites solebat enecare, eorumque catinibus pro cibo vesci. Vlysses itaq; relictis socijs, cum natui in portu, ipse duodecim comitatus antrum Polyphemi subit. Qui vbi venit è pastu, saxum quod duo & viginti quadri-

Vlysses antra sua.

anguli, curcasatollere nequirent, apposuit ostio Aducenas deinde interrogat, qui sunt, vnde, & quò. Quibus cum respondisset Vlysses, Cyclops duos è socijs arripuit, soloq; tanquam catulos illis, deuorauitque, abijit; dormitum, quem Vlysses per insidias interfecisset, si ianua poruisset aperiri alijs quam Cyclops viribus. Manè antequam passu iret Cyclops, duos similiter consumpsit, abijitq; ocellata ianua. Tum Vlysses excecandi Cyclopi cepit consilium. Reuersus Polyphemus, noctu de more duos cenat. Cui Vlysses quasi sublandiens poculum vini (vitem enim vini Maronij generosi secum è nauu attulerat) porrexit, petijt; ab eo aliquid hospitale donum ille exhausto poculo aliud poscit, itemq; tertium, rogauitq; Vlysses, qui vocaretur. Ille dixit, sibi nomen esse Vtin. Percontanti deinde Vlyssi quodnam munus sibi daturus esset, respondit Cyclops: *ἔτιν ἔγὼ πύματον ἔδωκα.* id est: *Vtin ego postremum deuorabo.* Sed vini naturæ necius alio somno est oppressus, sui penitus immemor. Ibi tum Vlysses &

Exoculatus ab Vlysse Polyphemus.

socii oleag. nam truncum praestium magna vi Cyclopi oculo, quem vnicum in fronte habebat, inseruerunt, vnde acriter ille læsus, effosso oculo consternatus est: qui vulneris acerbitate vocè cepit atollere, vt alios Cyclopias in solito rugita excitaret. Hi foras ad ostium stantes quecebant, quis eum percussisset: cum ille subinde repeteret, *ἔτιν. ἔτιν.* (que vox Nullam, vel Neminem sonat) rilerit, cumq; velut sarcinam relinquunt. Sic enim loquitur apud Euripidem:

ἔτιν μ' ἀπώλεσεν.
Chorus respondet:
ἔκ' ἄρ' ἔδεν ἡδ' ἔκει.

Deinde illud:
ὄστις μὲ τυφλοῖ βλάραρον. χρ. ἔκ' ἄρ' εἰ τυφλός.

Manè Cyclops ostio antri semiaperto periret ab exeuntes oues. Sed Vlysses ita disposuerat negotium, vt tres arietes veheret vnum hominem subtus, ipse verò ingentem arietem subijt, extremusq; omnium exiit, & ita morti est subductus. Totum hoc fufius apud Homer. *Odyssea* 9. Ouid. 14. *Metam.* Virgil. 3. *Æneid.* Compara festiuum Luciani dialogum *κύκλωπος καὶ προσείδωνος*, Cicero. 5. *Tusc.* Fufissimè quoq; hanc historiam narrat Iacius Tzetzes in *Lycophronem*, quam ne huc traducam, me prolixitas reuocat.

DVM resider Cyclops] Cyclopes Hesiodus in *Theogonia* ideo vocatos ait, quòd vnum tantu oculum circularè in fronte haberent, *ἄπὸ τῆ κύκλω καὶ ἄρ'.* Inter hos Polyphemus viribus corporis, formæque magnitudine longè præstabat. Hunc etiam Polyphemum Galatheam nympham amantem festiuè describit Ouid. lib. 13. *Metamorph.* De Cyclopiibus vide Virgilium 3. *Æneid.* Philostratum in *Iconibus*, tit. *Cyclops*. Alciatum lib. 9. cap. 12. *Pareg.* Natal. Comit. lib. 9. *Mytholog.* Tria verò Cyclopium genera agnoscut Græci, vñ eorum, qui Mycenæ memibus communierunt; alterum eorum, qui cum Polyphemo memorantur; tertios intelligit Deos. *Cæli Rhodigini* lib. 24. cap. 28.

III. Cyclops vnde dicitur.

Sinuosi in faucibus antri] speluncæ tortuosæ. Sic Virgilius dixit 6. *Æneid.* *Vestibulum ante ipsum primisq; in faucibus Orci.*

Et hic noster in Emblemate primo:
--- sinuosi è faucibus anguis.

Achiuis.] *Achiuis, ἄχαιοι.* Græci: & nõ nunquam pro quolibet populo ciuili. Horatius:

Quicquid delirant Reges, plebuntur Achiuis.

Catull. in *Argonaut.*
Nam sinuosi ac fessis dederit fors copiam.

Achiuis.

Postremumq; Vtin. *ἔτιν.* *ἔτιν.* se postremum voraturum bellè prædixerat, &

Tria Cyclopium genera.

ἔτιν, ἔτιν.

Supplicia differre, graue.
STIVA, id est, *nempeus*, vorauit: imò ab eo, qui quanquam esset *STIS*, aliquis erat, exoculatus est. Tamen supplicium differre diutiùs, grauisimum habitum: & statim puniri scelus, beneficii loco est, vt in historia Machabæorum lib. 2. cap. 6. Non parui, inquam, beneficii loco habitum, vt quis prior interficeretur: exemplū est apud Corn. Tacitum 1. histor. vbi Othonis facta crudelia perceret: Titus Vinus, inquit, ad hoc tātum maiori fracti prelatus est, vt prior occideretur. Idem etiā hodie obseruatur in suppliciis à reis lumendis, nam qui leuio: d. qui censetur pena, se per ad supplicium primi ducuntur. Vide adagium, *Cyclopiis donum.*

Audijt hac Ithacus] Vlyfces, qui rex erat Ithacæ insulæ, vt alibi dictum.
Lumine cassum.] Cæcuni. Virgil. 2. *Aeneid.*
 ---- *Nunc cassum lumine lugent.*

Idem:
Nullū eū viliis certamē & athere cassis.
 & Lucretius:
Nunc potis est cerni quod cassum lumine fertur.

Aulonius Parentalib.
Saucius extincto corpore cassus eras.
 Sic enim poetæ interdum vlturpant lumine cassum, & luce carentem, pro mortuo: vt & lumina lucemq; relinquere: Virgil. in 4.

Lucem relinquere.
Quò magis inceptum perogat, lucemq; relinquat.
 Catullus:
Nobis cum semel occidit breuis lux.
 Lucretius:
Lumina sic etiam Solis bonus Ancu' reliquit.

En poenas ut suis auctor habet] γράμ,
 Nec verò
 ---- *lex est instior vlla*

Quam necis artifices arce perire sua.
 Fraudem in suum auctorem retorqueri dignum est, l. penult. C. de legat. Ouidius:
Disceat in auctorem poena redire suum.
 Alludit autem ad alia, quæ mox consulto adferemus.

IV. - **MONEMVR** hic, ne quis sibi per malo ma suadeat scelestus, quantum vis immanis, *is euenit.* potens, & temerarius, se non tandem poenas datum ei, quem aliquando lafit, & sic præmia suis factis digna, etiam præter expectationem accepturum; haud enim

benè succedunt facta improba, sed vt quis sementem fecerit, ita & metet, & eueniet malo malè, vt in prouerbijs est. Vera est itaq; Hesiodi sententia, quum ait in opere, cui titulus est *εργα & ημικρα.*
οι αυτη κακα τευ χει ανηρ, αλλφ κακα τευ χειν.

Ipsam se la dit, alium qui ladere querit.
 Et, quod prouerbio fertur, *κακον ουλη τφ βελευσ αυτη κακιση.* Malum consilium, consultori pessimum. Et, Ruinam sibi fabricat, alijs qui fabricat. De hac re habemus innumera exempla, que non tantum olim, sed nostro tempore acciderunt. Notabile est illud de Baiazete I. capto à Temiro Scythæ, qui vulgò Tamerlanes dicitur. Is enim ab hoc interrogatus, sijn eius potestatem venisset, quid facturus fuisset, ferociter respondit: Equidem te, si fortuna propria meam in potestatem venisset, ferrea cõclusum cauea mecum hinc inde circumducerem. Quo Temir audito, mox è ferro caueam parari iussit, & in eâ caeteris loco Baiazerem inclusit, donec cõtumeliarum impatiens caput ad illam illideret, & indignabūdus animam efflaret, sicut latius in Annalibus Turcicis refertur. Propiora tangam. Scribit Rob. Gaguinus lib. 9. cap. 8. Hist. Franc. de quibusdam captis à Carolo VI. Gallorum Rege in arce quadam Selandiæ, hoc modo: Captiuus aliquot quum mortem Carolus remitteret, mori maluerunt quorū vnus, tamen si sāguinis gradu alios cõtingeret, eos tamē supplicio afficere, si saluus euaderet, se obtulit. Itaq; immanis carnis fex cõcaptiuos consanguineosq; necauit. Detestatus autem Rex hominis impietatem, pari cum poena plesti iubet. Corn. Tacitus 6. Annal. vbi de multis ob amicitiam initam cum Seiano periclitantibus, iusteq; damnatis: quò lætius acceptum, sua exempla in consultores recidisse: Seneca Epist. 99. Ideoq; cum multis fuerit mali (loquitur de Alexandro, Cn. Pompeio, C. Mario) pestiferam illi vim, qua plerisq; nocuerant, ipsi quoque sentiant. Claudian.

Quam bene dispositum torris, vt dignus iniqui
 Consilij fructus primis auctoribus instet. Chori verba sūt apud Euripidem de Lyco interfecto ab Hercule:
 ---- *αυτι ποισα δ' βατινον*

Qui alijs malum struit, sibi arcessit.

Baiazetes.

Captiuus in Se landia.

Dolosi do lo capti.

Τέλεμα, δίδους γέ τῶν δειδραμένων
Sinn.

Vitellij
mors.

Talionem persolvens sustine, dans poenam
ob patrata scelera. Sed properati mihi oc-
currit illud Victoris Aurelij in Vitellio:
Huius tempore Vespasianus, ait, in Oriē-
te principatum arripuit. à cuius militibus
certamine sub muris vrbis superatus, è
palatio, quo se abdiderat, Vitellius, vincis
à tergo manibus productus circumducit-
tur ad spectaculum vulgi: ac ne homo
impudens, in extremis saltem, malorum,
quæ gesserat, rubore faciem demitteret,
subiecto in mentum gladio, seminudus,
multis cæno, fumo, & cæteris turpioribus
dictu purgamentis vultum eius incessen-
tibus per scalas Gemonias trahitur, vbi
Sabinu Vespasiani fratrem necari permi-
serat, numerosis icibus cõfossus interiit.
Hæc Victor. Manet itaq; verissimum id,
quod olim prolatum fuit ab oraculo:

οἷα τ' ἀνὴρ ἔρχει τοῖον ἴλος ἀνὴρ ἰκάνει.

Qualia quisq; facit, talis finis manet ipsi.

Amira-
zus Regis
Sicilia.

Vix autem puto exemplum adduci posse,
& huic meditationi magis conueniat,
quam Maioris Amirati magni Gulielmi
Siciliae regis. Is enim dum libidine impe-
randi, licet ex humili genere esset ortus,
varia consilia interficiendi Regis tractat,
randem à Matthæo Bonello nobilissimo
iuuene, & suo genero designato interfe-
ctus est. Quam historiã præ cæteris me-
morabilem latè & elegãter describit Hu-
go Falcãdi de Sicilia calamitat. lib. 6. cap.
5. ad quem studiosum lectorem remitto.
Id ipsum confirmat Aelius Lampridius,
vbi de insidijs Antonini Heliogabali con-
tra Alexandrum Casarem, qui postea Se-
uerus fuit appellatus, ita scribit: Sed nihil
agunt improbi contra innocentes: nam
nulla vi quis adduci potuit, vt tantum
facinus impleret, cum in ipsum magis
cõuersa sint tela, quæ parabat alijs, ab his

que sic interfectus, quibus alios appetebat.
Verum cum hæc meditatio magnam co-
gnationem cum Emblemate sequenti ha-
beat, ea, quæ hic deesse videntur, ex illo
studiosus lector petere poterit. Sed huius
Emblematis argumentu specialius in eos
torqueri poterit *δηροβόρος* tyrannos, &
Reipubl. pestes infestissimas, qui diuina
tandem ira vitali lumine priuatur, vel ad
exitium morte grauius, aut infamiam &
maximam capitis diminutione præcipites
ruunt, cum interea quibus porissimu terro-
ri fuerant, rideantur & conuicijs proscinda-
tur. Meminit, sed aliorum, Brodus Mi-
scellan. 2. c. 7 hoc tandè obiter. Seruius ad
3. Aneid. alio torsit fabulã de exoculato
Cyclope. Cyclops, inquit, vir fuit sapien-
tissimus, & ob hoc oculu in capite habuit-
se dicitur, id est, iuxta ceteru, quia pru-
dentia plus videbat. Verum Vlyses eum
prudẽtia superauit, & ob hoc fingitur eum
excæcasse. Cyclops excæcatus, adagium est
scitissimum de potentia magna, quæ ducis
prudẽtia, quam esse animæ oculum, hon-
nestissima quadã metaphora Plato dixit,
exuta, & (vt sic loquat) exoculata sit.
Prouerbij origo ab historica demanauit fi-
de: etenim posteaquam veneno interiit
Magnus Alexander, sicut Plutarchi do-
ctissimi testantur monumenta, dixit De-
mades orator, siue is Leosthenes fuerit,
copias illius bellandi artibus & strenuitate
longè præcipuas Cyclopi excæcato vi-
deri cõsimiles, quoniam robore peritiamq;
præcellerent, sed ducẽ, qui electissimum
exercitum ritè ductaret, iocent exorbata.
Non percurram Græcorum scholiastum
allegorica placita, sed Heraclidis Pontici
dumtaxat explicationem ad Homericam
Odysseam: qui ait, Cyclopem nominati
affectum ratione priuantem:

Κύκλω φάνόμασαι ὁ τοὺς λογισμοὺς
ἰπολοβῶν.

In tyrannos
δηροβόρος.

Cyclops
quid Ser-
uius.

Cyclops
excæca-
tus.

